B. N. C.
FIRENZE
1002
8

1002.8

P. IOANNIS MAFFEI CIVIS PISANI DOCT. THEOL.

PROLVSIO

Habita cum Logicam artem in Piſano Gymnaſio profiteri inciperet.

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino

D. HIERONYMO A SVMMAIA D.



PISIS,

Ex Typographia Franciſci Dotij 1635.

Superiorum permiſſu.

41

1002.8

ILLVSTRISS., ET REVERENDISS. DOM.

D. HIERONYMO A SVMMAIA

ECCLESIAE D. STEPHANI ANTISTITI

ET IN PISANO LYCEO

Gymnaſiarcharum Pręſidi
Oculatiſſimo

IOANNES MAFFEVS

S. P. D.

EA eſſe ſolet hæreditarij agnominis tui à natura profecta proprietas (Illuſtriſſime Præſul) vt vnusquiſque in poſterum, à ſe lucubrata opuſcula, ex laborioſa virtute aliquandò genĩta proditurus, cum primùm egregia eius claritudine illuſtratur, te à Summaia vocitatum, communem admirabilium virtutum ſummam, & cunctorum Palladis aſſeclarum Mæcenatem

amantiſſimum eſſe conclamet. Huius igitur ſuaui lumine inflammatus, ad te patronum ſingulari conſtantia præditum, oblato priùs exili ſtrigoſæ proluſionis meæ dono, propiùs accedere minimè ſum veritus, vt me incredibili humanitati tuæ vehementer addictum, & præſens munus, quãuis immortalibus promeritis tuis impar omnino ſit, inuicto cognominis tui propugnaculo ab infeſtis euentibus defenſitare velis. Vale.

SI vllo vnquam tempore pauidos homines, horrificis incurſionibus acerrimè diuexatos, neceſſaria conſolatione, veſtra in omnes ex æquo propenſa humanitas amiciſſimè permulcere dignata fuit (Illuſtriſsime Moderator, Excellentiſsimi P. P., ſplendidiſſima ſtudioſorum iuuenum corona) ab ea potiſſimùm die, quà in legitimam illius tutelã omnia mea venerunt poſt precarium onus, quod, maxima IVLIANI Medicei, Antiſtitis noſtri Vigilantiſſimi clientela, me ab inſtãtibus volucris fortunæ ictibus iugiter ſoſpitãte, in perpetuam mihi auctoritatem iam obtigit, præclaram id exequendi anſam continuò adipiſci potuiſſe nanciſcor. Tantam ſiquidem eſſe conſtat logicæ artis amplitudinem, vt peruagatas, & priſtinas eius claritates, generoſam illius proſapiam magnificis ornatibus mirabilius illuſtrantes, horridula oratione celeriter edicturus, niſi ex veſtro mihi ſupra quàm dici poſſit iucundo conſpectu

tantum ſolatij perceptiſſem, quantum ad intimos, cæcosque timores, qui me à luculento clariſſimarum Logicæ laudum intuitu remorabantur, abigendos, omninò ſufficeret, multiloquo ſilentio, quàm ſilenti dicacitate libentiùs vti mallem. At verò, ne mihi, iamdiù debitos Logicæ arti ſplendores miſſos facienti iuſtiùs ſuccenſeatis, credito prius vobis pragmaticis nauiculatoribus, meę crebris errorum fluctibus vehementer agitatæ mentis nauigiolo, non vulgaribus Logicæ commendationibus pro virili mea veliſicari tentabo.

Agite igitur, auditores beneuoli, reuocate, quæſo, vobis in mentem perditam illam, atq; communem humani generis conditionem, quam vt erratico protoplaſtorũ lapſu peſſundatam, in luctuoſum ſempiterni, ac inſperati damni exitium, rapidus malorũ omnium gurges præcipitem ageret, præmiſſa per callidum hoſtem, inanem Diuinę Sapientiæ ſpeciem præferente, inſcitia, iucundo cælici pomi guſtatu, nedum ſuperũ eius corpus, ab omni prorſus viciſſitudine alie-

num

num, tot inde ſubitis defectionibus obnoxium reddidit, & affine, vt inſtar gurguſtij, tenebris vndequaque reſperſum, in integram immaturę mortis ditionem celerrimè redegerit, verùm etiã principem eiuſdem hominis partem animum in miſerrimum multarum errationum carcerem aliquando detruſit. Hinc verò mõſtrifica hominum ingenia, hinc Monogrammos, hinc pernicioſas hebetudines, ſingularem incorruptę mẽtis aciem obtundentes, commodè, ac iugiter emerſiſſe conſpicimus. O' dulcorem amarum? O' fatalem, & indigniſſimam hominis calamitatem? O' moleſtam omnibus, & ipſis propemodum Cœlitibus dolentius deplorandam inſaniam, quę grandiores, ab omnipotenti totius Orbis Opifice primitus in lucem editos partus in tantam induxit obſcuritatem, vt ab aperto rectæ rationis tramite flagitioſè deflectentes, iniunctæ ſibi à conditore ſuo inhibitioni audire ſuperbiſſimè reſpuerint? Quis vos (vos alloquor primores Parentes) quis, inquã, vos tãtis diſpendijs, ac diſcriminibus ereptos, diſſolutis illis arctiſſimis vincu-

lis,

lis; quibus magna vilitate impliciti detinebamini, in priſtinã dignitatem, cuius veſtro vitio iacturam feciſtis, quodammodo vendicauit? Quis hiſce communibus, & aduerſis vlceribus oportunum pharmacum propinauit? Suſpicite, amabò, auditores ampliſſimi, & oculos, mentemque veſtram conuertite ad hoc eximium Lyceum, quod clariſſimis tot Illuſtrium Enciclopedaium luminibus circumfuſum, in indigenas Ciues, in finitimas oras, cæteraſque diſſimiles huius Macrocoſmi regiones, pares lucis ſuæ radios tam latè diffundit, vt rutilos egregiæ virtutis alũnos maximo cum decore ſuſcipiat. In hoc planè conſpicuos logicæ vſus inſpicere, in hoc emicãtia ipſius præconia pauliſper animis contueri poteritis. Ego quidem neminem, niſi luſcioſum fore arbitror, cui in ſummos logicæ ſplendores obtutum figenti perſuaſum non ſit, quod, vetera memoria repetenti mihi venit in mẽtem. Cum etenim huius Academiæ angulos omnes animo luſtrauiſſem, Paradiſiaci horti perſimilem eam eſſe manifeſtò comperui; quippè vt in illo lignum

gnum ſcientiæ boni, & mali, ſic in iſta fruc-
tuoſam veri, & falſi, virtutis, & vitij arbo-
rem deprehendi, cum ex firmiſſimo Peripa-
teticorum Principis teſtimonio, contrario-
rum eamdem eſſe diſciplinā, vnicuique no-
ſtrum præclarè conſtet. Hæc eſt arbos illa,
tam procera, & opima, à cuius integris, lectiſ-
ſimisque frugibus deguſtandis, noſtrorum
Patrum vetuſta prolapſio, poſteros omnes
deturbauit: hanc genuino quodam, natiuo-
que conatu, quilibet homo, properis conſi-
derararum ratiocinationum gradibus feſti-
nat attingere, ſed tamen (ò inueteratam per-
niciem!) vt

Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
flumina,

ſic ipſe ſuopte nutu vberrimos illos fructus
decerpere appetit (cũ omnes homines natu-
ra ſcire deſiderent) ſed ne delibare quidem
poteſt. Quis igitur tibi (ò infelix homo) ad
tam ſublimem apicem perfectę ſapientiæ,
iampridem ex tuo pectore relegatæ, ſcanſi-
lem aditum patefaciet? Quo ſubnixus admi-
niculo, vaſtificam inertiæ tyrannidem pro-

pul-

pulſabis, quæ te captiuum, longioribus talſarum opinionum ambitibus acutè cirumuentum, vt omnibus ludibrio eſſes, ab ardua veri agnitione prorſus alienauit? Ad tantum ferè faſtigium, nonniſi per clauigeram logicen licuit aſpirare, quæ vniuerſis tyronibus, & in Palladio adhuc puluere minus verſatis paleſtritis obducta limina reſerauit, vt in gymnicis certaminibus ſtudioſiſsimè exercitati, vitioſos ſorites, nullo aberrandi metu perculſi, enodandos aggrederentur, exploratiſsimam veritatem diligenter inquirerēt, inquiſitam ſapientiùs inuenirent, inuentam vltrò amplecterētur, & denique ſartam, tectamque ſeruarent. Verum enim vero, ſi artes omnes ſtrictim percenſeamus, nullã, quæ cùm logica conferri poſsit, vſquam reperiemus; quamuis enim vnamquamque artē, vt Ariſt. 7. Polit. c. 17. ſcriptū reliquit, alicui naturæ defectui aliquantùm occurrere, hoc ſatis aperto liqueat experimento, quod, qui rectè factà pollet natura, publicis artium pręſidijs minùs indiget; ipſam tamen logicam, cæterarum facilè principem habendam eſſe,

vnuſ-

vnuſquiſq; fatebitur, ſi animaduertat, quod iſta grauiorem, & frequētiorem indolis humanę defectum, qui præſtantiſsimum hominis intellectum inſolenter inuadit, exturbat. Ad hanc igitur omnium ampliſsimã artem obnixè conſectadam, vos adoleſcentes ingenui, ardentiùs cohortor, cuius æternas laudes, à me leui brachio recenſitas, & maximos ex ea profluentes quæſtus, pingui Minerua cōmemoratos intellexiſtis, vt ſolido illius ductu præfulti, in ſcientijs obſcurioribus prosperè procedatis, deterrimamque intellectus humani procliuitatem, incolumes euadatis. Ego verò, cui à Sereniſs. Hetrurię Duce FERDINANDO II. ſingulares logicę libros elucidãdi munus iniunctum fuit, non cōmittam, vt officium meũ deſiderare poſsitis, quin potius quicquid ex vſu veſtro futurum pręſagiam, me vobis pręſtiturum, benignè profiteor.

Dixi

1002 . 8

MC